



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africanam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XVI. Qui Nayres, Brachmanes, & Iogues dicantur apud Indos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT XVI.

QVI NAYRES, BRACHMANES,
& Iogues dicantur apud
Indas.

Nayres. **A** Pud Malabares, aliosque Indos Orientales, tria ferè sunt hominum genera, *Nayres*, *Brachmanes*, & vulgus promiscuum. Hos inter *Nayres* ceteris honore præstant bello & armis apprimè dediti.

Brachmanes. Sequuntur *Brachmanes*, in honore proximi, veri superstitionum magistri. Hi sapientes habentur Indorum, & cæremonias, iustaque funebria suo arbitratu præscribunt, simulant se carnibus abstinere, sed simulant tantùm.

Iogues. Inter *Brachmanes* sunt nonnulli, quos proprio vocabulo *Iogues* appellant, posterius vt videtur, *Gymnosophistarum*, Græcis olim celebratorum, qui cœlibem vitam agunt. Nam alij & liberis operam dant, & uxores plures habent, more ceterorum Indorum. *Parabrammam* nescio quem Deum antiquissimum colunt, & ex eo filios tres, quorum in gratiam terna filia gerunt è collo suspensa: quod & ceteri *Brachmanes* omnes faciunt.

Reli-

Reliquum vulgus, vt latomi, fabri, & reliqui opifices eius generis, adeò nullo in pretio sunt, vt pro seruis mancipijsque ducantur, cuius iniuriæ vexationiq; obnoxij.

CAPVT XVII.

MALABARICA REGNA, ET
alia vicina Prouincia.

A Pud Malabares regna sunt varia, vt *Calecut, Cochin, Cananor, Tananor, Badara, Mortingùe, Coilan, & alia.*

Hos inter Reges potentissimus est *Calecut.* *Calecuti* Rex, qui ideo passim vocatur *Samorij*, id est, Imperator. Quo fit, vt & ceteri Reges, etsi sui iuris sint, plurimùm ipsi deferant ac reuereantur.

Hunc penè potentia sequitur Rex *Cochin.* *Cochinensis*, Regis *Calecutani* emulus, & bello sæpè hostis. Sed *Cochinensem* semper tuentur & iuuant *Lusitani* aduersus emulum potentio-rem.

Rex *Cananorensis*, præter terram con- *Cananor.* *Cananor* tinentem, insuper possidet insulas triginta ex *Maldiu*s: vt tradit *Franciscus Pirardus* in suo *Itinerario*.

Tanor siue *Tananor*, maritimū est Pro- *Tananor.* *Tananor* uinciæ *Malabaricæ* opidum (vnde & regnū eiusdem nominis est appellatum) medio fe-

L rē spa-